

Band IX., Nr. 4174, Seite 497-498

*Graf Eberhard von Württemberg verspricht, das Kloster Adelberg zu
schirmen.*

Esslingen, 1291. August 19.

Eberhardus de Wirtenberc comes presentium literarum inspectoribus universis salutem reique notitiam subnotate. Cum in ecclesia de Madelberc Premonstratensis ordinis Constantiensis diocesis divinus cultus pariter et hospitalitas copiose vigeant et habundent, digne ipsam ecclesiam cum omni sua familia et eius rebus mobilibus et immobilibus quibuscunque pio favore amplectimur et gratia prosequimur speciali. Sane in favoris et gratie huiusmodi efficax argumentum domino dominorum firmiter promittimus et eius matri virginum virgini stipulamur, quod memoratam ecclesiam ac eius congregationem in suis iuribus et libertatibus fideliter foveamus et quod eandem ecclesiam a quibuslibet iniuriis malignantium iuxta posse nostrarum virium defendamus quodque memoratam ecclesiam per nullam exactionem vel gravem servitiorum extorsionem aliquantulum molestemus. Recognoscimus etenim pro nobis et omnibus nostris successoribus sub harum testimonio scripturarum, quod nec progenitores nostri hactenus habuerunt nec etiam nos habemus ullum dominium vel ius advocaticium aut iurisdictionem aliquam in ecclesia prenotata. In huius itaque recognitionis evidentiam has litteras ipsi ecclesie pro sufficienti testimonio dedimus sigillorum nostri et universitatis civium in Ezzelingen munimine roboratas testimonio virorum honestorum Wolframi de Bernhusen iunioris, Wolframi dicti von dem Staine militum, Marquardi capitanei, Ruperti sculteti, iuratorum et scabinorum de Ezzelingen omnium accedente.

Datum Ezzelingen, anno domini MCCLXXX primo, XIII. kalendas Septembris, indictione quarta.

—

Nach inserierter Kopie im Notariatsinstrument.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 469 I U 441

Überlieferung und Textkritik:

Inseriert. Kopie im Notariatsinstrument von Barth. Dengel, um 1631.

Editionen:

CHRISTOPH BESOLD: Documenta rediviva monasteriorum praecipuorum in ducata Wirtenbergico sitorum [...], 2 Bde., Tübingen 1636, Bd. 1, S. 31. FRANZ PETRUS: Suevia ecclesiastica seu clericalia collegia tum secularia tum regularia [...], Augsburg 1699, S. 4 (nach Besold). CHARLES LOUIS HUGO : Sacri et canonici ordinis Praemonstratensis annales : in duas partes divisi, 2 Bde., Nancy 1734-36, Bd. 1, 1, S. 129 (nach Besold). CHRISTIAN FRIEDRICH SATTLER: Geschichte des Herzogthums Württemberg unter der Regierung der Graven, 4 Bde., Ulm 1767-68. [Fortsetzung der Geschichte des Herzogtums Württemberg], Bd. 1, Beilage 16.

Regesten:

Müller: Urkundenregesten Adelberg, S. 8, Nr. 53.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Esslingen

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)

(Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W

Adelberg - Kloster Wohnplatz (561)

Adelberg - Kloster, Adelberg, GP

Bernhausen Wohnplatz (481)

III

Bernhausen, Filderstadt, ES

Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)

Esslingen am Neckar, ES

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Rechtenstein Wohnplatz (16926)

Rechtenstein, UL